

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja krakowska, wariant wawelski**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej, sygn. 800 (Kodeks Działyńskich IV), s. 141–142

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 110 [Gn. 113]

[110] CXIII

Nunc attendatis de civitate Meydburgensi. Cum [s. 142] primo Meydemburg locata fuerat seu fundata imperatoris Othonis Magni consilio, et cum terre arbitrio, et fuit stabilita in suo iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Hallis civitas ex ea est fundata, idcirco utraque uno [s] utitur iure. Eapropter omnes de Polonia et de Bohemia, qui sub iure Theutunico sunt locati et de marchia de Misnensi provincia, et de marchia Luzicziensi, hii omnes ius suum in Hallis recipere debent, et de civitatibus, que in hiis statutis sunt locate. Et si sententiam ignoraverint aut defectum in ea habuerint, hanc oportet querere in Maydburg. Idcirco, quia omne municipale ius protegit, quod iure terrestri fieri non potest, qui cum sententia reprobata de marchia ad comitatum trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam gratiam iudicat, quod comes non facit, sed iudicat sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi sit bannum regium, ubi vir demeretur tria talenta iudici feodato sub regio banno. Si autem iudi[li]catur sub regio banno, tunc sculteto octo solidi demerentur de iudiciis sentenciis scabinorum. Idem fit burgrabio. Scabini xi debent esse, et scultetus sit xii^a, quia burgrabio primam sententiam diffinire debet. Quia burgravius nullum iudicium absque sculteto banitum habere potest, nec scultetus absque xi his scabinis in vero loco iudiciali.

^a w rkp. xiius

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]